quorum voces excitati degentes in
loco surrexerunt. hoc permittente
Deo qui noluit forte animas simul
et corpora deperire et facibus
accensis cum vidissent ipsos esse
numero paucos eiecerunt illos
extra muros qui ascenderant fa-
cientes bellum mirabile cum eisdem
sicque reversi sunt non petita li-
centia indecenter nemine vulnerato
obviantes gentibus venientibus in
succursu. Anno sequenti circa finem
veris apud predictum castrum Florenti-
ni venerunt a superiori parte ca-
stra ponentes et devastatis omnibus
et conbustis recesserant. alias terras
comitis ab hac parte alpium nichilo-
minus devastando bella fuere tunc
insultus plures castrorum destru-
ctiones et captivitates plurime sunt
secute. Procedente tempore in cancro
existente sole sunt ad predictum
castrum Florentini reversi gerentes
in firmo proposito super ipsum